

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

senferant non posse dici: Ego & Pater unus  
sumus, nisi ubi æqualitas est Patris & Filii, *Ideò*  
*Tract. 48. in Job. T. 9. col. 355. D.*

Philippe! Wie ist doch dein Wunsch  
so hoch und schwer?

Du willst den Vater sehen in seiner  
Macht und Ehr.

Philippe! Wer mich kennt nach meinem  
Ampt und Wesen/

Der kennt den Vater auch / hat genug und ist  
genesen.

Ex Marc. XVI. 19.

*Ascendens Christus cælum mundana relinquit.*  
*Si vis cum Christo scandere lingue solum!*

## ORACULUM SACRUM XXXI

Col. III. 1. & 2.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἐὶ ἂν συνήγαγεῖτε τὰ χεῖρά, τὰ ἄνω  
ῥέετε, ὁ χεῖρὸς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἡμῶν  
τὰ ἄνω φερεῖτε, μὴ ἐν τῆς γῆς.

*Versio, vulgata.*

Igitur si consurrexistis cum Christo,  
 quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est  
 in dextra Dei sedens. Quæ sursum sunt,  
 appetite, non quæ super terram.

*Versio B. LUTHERI.*

Seid ihr nun mit Christo auffere  
 Landen/ so suchet was droben ist/ da  
 Christus ist/ sitzend zu der Rechten Got-  
 tes. Trachtet nach dem/ das droben  
 ist/ nicht nach dem/ das auff Erden ist.

## N O T Æ.

I. *Tò áνω*, adverbium h. l. adjectivi significa-  
 tionem induit, *τὸ áνω* *ἔγειρε*, illa sursum quæ-  
 rite, h. e. superna. Potest etiam exponi per Elli-  
 psin participii *τὸ áνω* scil. *ἔγειρε*, quæ sursum  
 sunt quærite.

II. Hæc autem particula non certum quen-  
 dam locum in cælis, sed *illocalitatem* significat,  
 quod patet

I. *Ex oppositione*. Nam *áνω* *καὶ* *ἰν* *τοῖς* *οὐρα-  
 νοῖς* h. l. opponuntur. Quemadmodum igitur  
*ἔγειρε* *ἰν* *τοῖς* *οὐρα-  
 νοῖς* non de loco, vel spaciò aliquò  
 terrendò, sed mundanis ac carnalibus concupi-

§ §                   scen-

Sciētiis sunt intelligenda: Ita quoq;  $\Theta$   $\alpha\iota\omega$   
non de spatio aliquo cœli, sed de bonis ad  
tam spirituales & cœlestem pertinentibus, sunt  
intelligenda.

2. *Ex parallelismo seu aliorum scriptura locorum collatione.* Ita Apostolus Phil. III. 14. inquit: Juxta præfixum signum, insequor ad palmam  $\tau\eta\varsigma \alpha\iota\omega\upsilon \kappa\lambda\eta\sigma\iota\omega\varsigma$ , vocationis, quæ supra est. Super quæ verba Theophylactus scribit: *Brabeum supernæ vocationis, h. e. incorruptibile, quæ est in cœlis.* Ita Ebr. III. 1. dicimur participis  $\kappa\lambda\eta\sigma\iota\omega\varsigma \epsilon\pi\alpha\sigma\theta\epsilon\iota\varsigma$  vocationis supercœlestis, h. e. ad cœleste regnum vocati, ut exponit Theophylactus. Ita Ecclesia, quamvis in terris adhuc militans, dicitur esse  $\alpha\iota\omega$  sursum Gal. IV. 16. *ast non in sensu locali & naturali.* Sic absq; sensu & conditione locali sumitur vox  $\alpha\iota\omega$ . Joh. III. 3. de quo vide Cyrillum lib. 2. in Joh. c. 40. Et Jacobus cap. I. 17. ait, omne donum perfectum esse  $\alpha\iota\omega$ , de quo loco itidem vide Cyrill. l. 2. in Joh. cap. 64. *Quo etiam Apostolus respicit in loco præsentis.*

Patet hoc deniq;

3. *Ex orthodoxa confessione.* Quæ admodum enim credimus & confitemur, Patrem esse in cœlis i. e. in cœlesti statu & conditōne Matth. XXI. 9. habitare in Excelsis Esa. XXXIII. 5. cap. LVII.

VII. 1. esse excelsum & altissimum Pf. VII. 18.  
 KLVII. 3. non tamen in sensu ἑπιταξῶν Οὐρανῶ καὶ  
 ταυταῦτα sed ὑπερῶς Οὐρανῶ καὶ πνευματικῶ: Ita  
 proq; quando credimus & confitemur, Chri-  
 tum confidere in dextra Majestatis in excelsis,  
 in caelis, SURSUM Ebr. 1. 2. c. VIII. 1. & hoc in  
 loco non supremum quendam locum nobis i-  
 maginamur, in quo Christus resideat, quem ta-  
 men omnia implere novimus, uti paulo post  
 pluribus demonstrabitur in enucleatione dicti  
 Ephes. IV. 10. Interea quæ modo adduxi no-  
 tanda sunt, contra Calvinianos, existimantes, ad  
 verbum ἀνα τοῦ αἰθέρος loci alicujus superni ἔσται  
 ἑστῆς inferre. Hinc è loco præseni ita col-  
 ligunt:

Christus est SURSUM, sed ad dextram &  
 DEI. E. secundum humanam naturam non est  
 infra, non est in terra, non est in Ecclesia, non  
 est in sacra coena.

Amandus Polanus part. 2. Syll. Theol. disp.  
 p. 112. ita scribit: *Christus corpore suo neq; est,  
 neq; potest esse simul & semel in pluribus locis seu  
 ubiq; quia est SURSUM ad dextram Dei sedens.  
 Sed placet nunc audire quæ sit hac de re.*

## SENTENTIA PATRUM.

Ea, quæ SURSUM sunt, sapere jubemur, spi-  
 ritualia scilicet, quæ non locis & partibus hujus  
 mundi

mundi sursum esse, intelligenda sunt, sed merito excellentiæ suæ: ne in mundi ejus parte figuramus animum nostrum, quo universo nos debemus exuere. Sursum enim & deorsum in hujus mundi partibus est; Ita hoc sacrum oraculum rectè enucleat, *Augustinus T. 4. lib. 83. quæstionè 97. ali. 29. p. 538.*

Ubi & quomodo corpus Dominicum in celo sit, curiosissimum & supervacaneum est quærere; tantummodo in celo esse credendum est. Non enim est fragilitatis nostræ colorum secreta discutere; sed est nostræ fidei, de Domini corporis dignitate, sublimia & honesta sapere, *Idem T. 3. lib. de Fide & Symbolo c. 6. p. 144.*

Resurrectio Domini spes nostra est, Ascensio glorificatio nostra. Si ergo rectè, si fideliter, si devotè ascensionem Domini celebramus, ascendamus cum illo, & SURSUM corda habeamus. *Idem in Serm. de Ascens. Magnum est hoc, quod (Christus) ascendit super omnes coelos, & proximus est eis, qui adhuc versantur in terris, Item, etsi super omnes coelos ascendit corpore, Idem T. 10. serm. 37. de Verbis Domini p. 139. Quod dictum in sincero Augustini sensu accipiendum, demptis corruptelis.*

Discant, SURSUM illud & in alto esse non

corpo-

corporaliter duntaxat audiendum, sed novatione intelligendum esse. Quoniam illud scriptum (Ps. 113. v. 4.) quo fertur sublimis super omnes gentes: & illud item (Ps. 30. 2.) Exalta te, Domine. Rursum & illud (Dan. 3. v. 55.) laudabilis & super exaltatus in secula, non in loco quopiam & sublimi (μετὰ ἕω) Dominum constitunt, neque Dominum ab hominibus ecedum (μετὰ ἕω) describunt, aut ab aliis, nisi cum laudibus extollunt, sursum extolli, ἀλλὰ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς ἀοράτου θεότητος ψαλλοῦ καλεῖ, sed majestatem invisibilis Dei altitudinem vocat. Et is qui dicit (Ps. 115. 6.) cælum cæli Domino, terram autem dedit illis hominum, non pro loco domicilii cælum adfertur Domino, & hominibus terram, sed ἡν ὑπερῆχην τῆ θεῶ καὶ μεγαλοπρεπειαν excellentiam DEI & magnificentiam ostendit, Athanasius in orat. contra Sabellii Gregales T. 1. p. 517.

Illuc sequamur corde, ubi Christum cum corpore adscendisse credamus. Desideria terrena fugiamus: nihil jam nos delectet in infimis, qui Patrem habemus in caelis, Greg. Magni Thom. 29 in Evang. T. 2. col. 449. A.

Quæ SURSILUM sunt, sapite. Nec enim possunt misceri vera vanis, æterna caducis, corpora

portalia spiritalibus, summa imis, ut pariet.  
 lapias, quæ SURSUM sunt, & quæ supra terram,  
 inquit Hieronymus.

Mein Iesus fähret auff und nimmt  
 den Himmel ein/  
 Verlaß was zeitlich ist/ und was hie  
 hoch mag seyn:  
 So soll sich meine Seel zu ihrem Schöpffer  
 schwingen/  
 Und durch des Glaubens Krafft die Himml  
 Burg durchdringen.

Exv. 20.

*Hofibus oppressis Christus super astra meavit  
 Et misit populo regia dona suo.*

## ORACULUM SACRUM XXXII.

*Pf. LXVIII. 19.*

TEXTUS EBRÆUS SACER.

עֲלוֹתָ לְמִוֹם שְׁבִית שְׁבִי לְחַחֲרָה  
 סַמְנוֹת בְּאָדָם וְאֵן סוֹרְרוֹם לְשִׁכְנֵן יְהוָה  
 אֱלֹהֵינוּ:

Versu